Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 77
Quelle:
Copyright:

num trium Puerorum excipit *Ambroſianus*, tum *Canticum Zachariae*, et diſſimulato *Magnificat* et *Nunc dimittis* ſtatim *Symbolum Athanaſii*, quod inſcribitur *Fides Catholica*. Abhinc *Litaniae* OO. SS. quae unica oratione clauduntur, in qua Deo commendantur *abbates noſtri ſeu omnes congregationes illis commiſſae*. Aderant deinceps, ut conjicio, Officium de B. V. M. et pro Defunctis, ſed haec relicta ſola deaurata Litera, cui inſcriptum: *Domine labia mea aperies*, ſtudioſe abraſa ſunt, relicto ſolo poſterioris Officii fine. Cur ita? Αδηλον.

LVI.

R. 2012 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 185. 8. luculente et bene perſcriptus, minioque diſtinctus *Pſalterium Davidicum* eſt ex uſu Eccleſiae adhaerentibus, uti ſolent, nullo ordine Canticis Biblicis, Hymno *Ambroſ.* Symbolo Apoſt. Oratione Dom. et Fide *Athanaſii*, denique Litaniis OO. SS. quarum tamen non niſi Initium ſupereſt, toto Codice non optime habito.

LVII.

R. 3037 Codex membraneus lat. germ. Sec. XIII. Folior. 186. f. per duas columnas charactere grandi eleganter exaratus, coloribus ornatus, et olim *Monaſterij S. Dorothee virginis Vienne*, *Pſalterium Davidicum* eſt verſiculatim latinum et germanicum. En Pſalmum I. verſionis Specimen. *Der ſelich man, der engie nicht nach der ubelen rat. noch entſtund an der ſunder wegen. vnd iſt auf des ſterben ſeſſel nicht geſſeſſen. Sunder an der e des herren was ſein willen. vnd an ſein e gedacht er nacht vnd tage. Vnd wirt als daz holze, daz gephlanzet iſt bei der wazzer lauf. daz ſein wucher gibt ze ſeiner zeit. Vnd ſein blat verfluzet nicht, vnd alleu ſein werch ergent wol. Nicht ſo die ubelen nicht ſo! ſunder als der ſtaub, den der Wint ab der erde wet. Dar vmb erſtent die vbeln in dem gericht nicht, noch die ſunder in der rehten rat. Wand der herre erchennet der rechten weg, vnd der vbeln phat veruert.* Pſalmo II. ſingularia ſunt: fremuerunt *vndultent*, in margine *grisgrament*. Gentes *die Diet*. Subſannabit eos *wirt ſev reitzent*. In furore *unſiticlich*. Terminos terrae *dev gemerch der erde*. In virga ferrea *mit der yſinen gerte*. Vas figuli *das uaz der hauener*. Exultate ei cum tremore. *Seit im fro bibend*. Interpretem non ſatis latine doctum fuiſſe produnt ultima: Cum exarſerit in brevi ira ejus, *So er enbrinnet an ſeinem churcem zorn*. &c. *Fol.* 168. p. 2. ſequuntur Cantica biblica, Hymnus *Ambroſianus*, Fides *Athanaſiana* et Litaniae OO. SS. in quibus multi in *Germania* culti invocantur; *Rupertus* tamen et *Virgilius* abeſt. Plurima ex hoc Codice Gloſſemata legi poſſe, non eſt, quod moneam. Ita *chapben* (gaffen) ſuſpicere; *bonchuſtig* doloſus, *Ufrunſt* ortus ſolis, *Sedelganch* Occaſus,

quod